



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903



HISTORIAE ERFVRTENSIS LIBER III.

Multa haecenus pro libertate
 Reip. ampliandâ, † nec pauca *Felicitas Erfordiae a-*
 cum Moguntinae Sedis injuriâ *fordiae a-*
 peracta sunt, ast jam illi, qui *dulta in ca-*
 occupatae Civitatis vires ad se traxerant, *sum incli-*
 veram libertatem ignorantes, consiliis *nat impera-*
 malè sanis florentissimam Urbem dejiciunt. *tium culpa.*
 Haec sunt tempora, quibus casum suum,
 & concatenata mala imputare Erfordia *Dietherus*
 possit. Extincto Adolpho Dietherum † *Adolpho*
 in ArchiEpiscopatu susceptum retuli, sed *infectus Cae-*
 quem Fridericus Caesar, ipsius summi *sari ingra-*
 Pontificis, Electorum, & Principum in- *tus.*
 tercessionibus spretis, (a) investire de
 Regalibus Electoriis renuit. Hoc turbidum *In turbidis*
 † erat, in quo cum piscari vellet Erfordia, *Moguntiae*
 viperam extraxit. Caesaris partes ample- *rebus pesca-*
 cti necessarium videbatur, si Moguntiam *ri vult Er-*
 excutere vellet, non tamen initio aperte *fordia.*
 resacta. * Sed cum Fridericus Erfurten- ** MCCCC*
 sibus suppetias militares indiceret, illi † *XXVIII.*
 Dietherum compellant. (b) Inaudita haec *Caesari se-*
jussa *quela negat*

K 4

(a) Serarius in vita Dietheri.

(b) Extant litterae in Archivo Moguntino.

jussa Cæsaris esse, præclaram sæpè, at
 sub Moguntia vexillis, nunquam seor-
 sim operam se suam Imperio navasse, se-
 parari à Sede Erfordiam nec posse, nec
 velle. Curaret Dietherus, ut ab innova-
 tionibus Cæsar abstineat. Archi Episcopus
 æqua Urbis postulata agnoscit, subdi-
 tam esse Civitatem, & juramento Sedi
 adstrictam, proinde ab ea non distrahen-
 dam, horum allegatione se Cæsari satisfac-
 turum. Non latuerat Fridericum Erfor-
 diam Moguntini Electoratûs Urbem esse,
 se, verum amulationem Dietheri conatus
 ille spectabat, maluitque postea Cæsar
 hæc arma Civitati remittere, quam desu-
 per salutare Dietherum. Nihil † iste non
 molitus, quo hunc affligeret. Henricum
 (a) juniorem Comitem de Schwarzen-
 burg, & Saxonie Principes instigat. *
 Ille superiorem Eichsfeldiam, Heiligen-
 stadium, & arcem Rustenberg, hi inferi-
 orem, & in ea Duderstadium occupant.
 Civitas est Eichsfeldiæ præcipua, licet an-
 tiquitas & Regiminis Sedes metropoliti-
 tulum Hagiopoli dederit. Nomen à Du-
 done, qui comes & conditor perhibetur,
 habet. Vicinæ plagæ commercia, &
 gleba pinguior, rerum sufficientiam adji-
 cit: non ibi curiosa suppellex, non luxus,
 sed germana integritas, sprete volupta-
 tates, inopiam & mille mala proscripte-
 runt.

*Cæsar Fri-
 dericus Co-
 mites &
 Principes in
 Moguntini
 incitat.
 *MCCCL
 XXIX.*

(a) MS. Chron. Erfurtense. Rivander & alii in Chron. Thuring.
 hoc & sequenti anno.

runt. Cives ex hordeo, tritico & lupulo cerevisiam coquunt, istius Regionis optimam, ea omnem viciniam majorem cum proventu intruunt, quod aquæ, vel æris beneficio, ex modicâ polentâ magnam Zythi copiam braxent. Incolæ ad res suas admodum attenti, manibus & linguâ à superiori Eichsfeldia discrepant, ac magis ad mercaturam & Brunswicensem Genium accedunt, nisi quod, ut solet, peregrinatio in aliis mores flectat.

Ad ista inter spem & metum hærebat Erfordia, tutior, quod & ipsa Dietheri æmula esset. Continuo ÷ eam Cæsar ab illius obedientia retrahebat, nec Electoris titulo dignabatur, sed Dietherum de Isenburg appellabat. Civitas captandam occasionem rata, ÷ parituram se Cæsaris mandato respondet, (a) verum sine legibus & judiciis civilem societatem non duraturam. Igitur Senatui jura Sedis indulgentia. ÷ Personam Dietheri, non Moguntiam ira Friderici persequebatur, sic ergo annuit Cæsar, ut ille quidem, non Sedes pati videretur: favor Archiepiscopatus prætenditur, administratio Regalium & Electoralis Jurisdictionis in & extrâ Urbem Senatui defertur, ut jurium horum vivo Diethero Sequester esset. Eo autem vel Cæsari conciliato, vel mortuo, futuro Archiepiscopo de Electoralibus Eminentiis investito, cum fructibus perceptis

II.

*Erfordiam
ab obedientia
Sedis advocat.*

Civitatis responsum.

Jura Moguntina deferuntur Senatui, quoad vivet Dietherus.

(a) *Superbis omnibus documenta in Archivis supersunt.*